

Ye
3654

V, 2.

17. 18.

ORNATISSIMO
VIRO IVVENI,
ANTHONIO
GVNTHERO
MOEHRINGIO,
SERV. ANHALT.
S. THEOL. CVLTORI,
VITEMBERGAE SAXONVM,
MAGNO HOMINVM CONCVRSV
FACTO,
ARTIVM LIBERALIVM MAGISTRO,
RITV AC MORE MAIORVM
RENVNCIA^{TO}
PATER, FRATRES
& AMICVS.

VITEMBERGAE,
TYPIS MARTINI SCHVLZII, ACAD. TYPOGR.



FILI ET FRATER MVLTO. CARISSIME,

A Deo iucunda est nobis recordatio istius temporis, quo Ordinis Sapientissimi Praeles, IO. CHRISTOPHORVS VICHMANNSHAVSEN, Vir doctrina, meritisque magius, summos TIBI honores decernit, decretosque publice confert, ut iure Te meritoque bonis uerbis pariter, & acclamationibus laetis excipiamus, adeptumque recens felicitatis genus TIBI perpetuum precemur. Est istud idem tempus, quo elapo seculi interuallo *Erasmus Schmidius*, at, quantus in litteris Graecis Doctor, triconta cum tribus Juuenes artium liberalium Doctores crebat, &, ut mira referamus, quo prima Vitembergensis Academiae aetate Decurionis munere fungebatur ingenii turbulentii Vir, *Andreas Bodenstein de Carlsbad*, a quo rerum diuinarum id temporis *Baccalaureo*, quinque humanae sapientiae *Candidati* Magistrorum priuilegia impetrabant. Oblectar nos omnino perbeneuolum Patrum Conscriptorum suffragium, quando TIBI, eodem in circulum rediuite tempore, tertium, inter octo & triconta honorum socios, Viros aeque ac Iuuenes, locum assignare uoluerunt, TVISque sic in uitute uera progressus magnopere delectamur. Quo autem priuiores istius uel temporis, uel diei memoriam renouamus, eo maiori nos afficit gaudio, quod in Academia propter albim, quae ipsa nos eriam ornatos putauit, palmam tenetas, &, profligatis inscitiae ac prolapsione temerae hostibus, Victor incedas. Hic scientiarum pontus, hic Heliconis fons, (nemo nobis uitio uerat, quod Academiacae Parisiensis laudes de Vitemberga nostra repetamus) decus TIBI non intermoriturum parat, qui unanimi prae reliquis consensione Doctorum opportunitate, suaque amplitudine gloriari potest, qui *Marliano*, Scriptori Pontificio, inter omnes orbis urbes urbs celeberrima audit, qui nunquam non praeclaras ingenii dotes in amore, deliciisque habet, constanterque seruatam Iuuenum industriam, frendente Fanaticorum turba, praemiis auger. Hic certe locus est, qui animum Sapientibus & mores format, qui benedictionem diuinam interpretatur, praeterito

terto seculo ducentis & sexaginta tribus supra quinque millia,
& antecedenti quadringentis & triginta quinque supra quatuor
millia uirtutis iter facientibus aluminis dedisse lauros, quem ob
emendatos in sacris ritus, retentamque puritatem, atque illibatam
liberalium disciplinarum integritatem admirantur Eruditi, audito-
que Vitembergae nomine, uelut attoniti obnubescunt, quemque
iure prolsus Maiores, eo in primis tempore, quo Lutherus & Me-
lanthon hic docebant, πάντων ἀνθρώπων πολὺν παιδεύτηρον
uocabant. In hoc cum ultra triennium Musarum horto peritura-
ris, traditasque artes in pectus admiseris, certum tandem & ae-
ternum laborum TVORVM fructum ab eo, ad quem haec cura
pertinebat, expectare non tantum poteras, sed & consequi. Haec
res magno TIBI honori est, haec plena laudis dignitatum colla-
tio, quae ab ingenio & industria proficiscitur. Valeat nunc o-
mnis, qui honores Academicos spenit, rideat uulgus, praeici-
dicatisque opinionibus labotans sibi soli sapiat. TV prudenter
agis, qui ad recundandas dissidentias turbas nugas & HERMAN-
NVM, Hassiae Landgrauium, & ALBERTVM IV., Bauariae
Ducem imitaris, quorum is Pragae Magister, hic, Ingolstadi-
nae Academiae Conditor, Baccalaureus renunciabatur, quique
rectam laudis uiam ingressus, perenne ex doctrinae studiis pra-
mium auferas. Maete igitur hac TVA forte, noua honorum acces-
fione, que TE cum optimis coniungit, felix utaris, a terra, ho-
minibusque TE tenebrosis disiungas, tempus in addiscendis do-
ctrinis carum rite colloces, recte philosophans, quod Apollonius
uult, adveniente aurora cum Immortali Nume converseris, pro-
cedente die cum DEO loquaris, reliquum tempus rebus humanis & di-
vinis des, TEque in posterum ita geras, ut omnis colligat, TE
non indignum ad gloriam, qua nunc tuus es, deuocale Patres.
Ita TE DEVIS seruet, resque TVAS ad nesciuia fortunet. Hoc
uouent

PATER
ET
FRATRES NATV MAIORES.

VIR

VIR ORNATISSIME,



Vod, quam de Te habuerunt consanguinitate Tibi propinquui, spem hodierno die uiceris, dabis, quae minus Tibi defuerunt, & idoneis doctrinae adiumentis, et, quae in Te est, eximiae indolis bonitati. In mentem enim, sicuti spero, reuocabis, quam sedulo a Fratre tuo Clarissimo, Ordinis sapientissimi nostri socio, mihiique multo colendo, ad literarum iuxta, ac uirtutum studium semper excitatus fuisse. Huius ad exemplum, ut decet, Te formasti, hunc ducem doctrinae adhibuisti, atque omne illud, quod ex ipso una cum aliis audiuiti, in succinctum, & sanguinem conueristi. Propterea autem, quod multis multa debere uolebas, iam inde usque a primis adolescentiae annis studiorum amore ducetus, haud paucos summae eruditiois uiros adibas, atque ab ipso forum ore gnauiiter pendendum Tibi duebas. Ut enim A. KV-NADM, C.P. LIMMERVM, alias doctores celebres, a quibus Servitiae optime instructi, ad nos Vitebergenses uenisti, tacitus praeteream, C.S. SCHVRZFLEISCHII, I.B. ROESCHELII, I.G. BERGERI, Polyhistorum aequae, atque istorum, qui sacra mysteria Tibi aperuerunt, LOE-SCHERORVM, I.G. NEVMANNI, G. WERNSDORFI scholis frequenter interfueristi. Quorum fideli informatione egregie edocitus, cum & Tibi illud Persii Flaccii: *Scire tuum nibil est, nisi, Te scire, hoc sciat alter*, dictum putares, certamina honesta ingrediendo in publicum prodiisti, atque KVNADO, BRESLERO, meque tandem Praesidibus testatum fecisti, ex eorum numero Te esse, qui salutis suae bene consulunt, & quaerunt, horas literis dedicatas recte collocant. Atque ita Ordo Sapientum, qui ingenium tuum a natura ad omnia aptum, studia tua, tuos ad uirtutem praeclaros impetus explorauit, legibus omnino agit, quod nomen tuum ab obliuione, ac interitu hodie tinctum, Teque ad summos in sapientia studio honores libenter admittat. Quem honoris gradum, pro meo in Te singulare studio Tibi gratulor, laetorque, Te huiusmodi accessione fuisse auctum, non dudum ego praedixi. Neque autem Tibi tantum gratulor, sed etiam Maxime Venerando Parenti, Fratri Clarissimo, immo omnibus tuis fratribus, qui tales filium, ac fratrem in Te sint habituri, qualem ante hoc habuerunt nunquam. Quam ob causam, me non admonente, quod uarum erit partium, diligenter ages, Teque ita in posterum geres, qui ait usque vixisti, & quos honorum claritate ornatos se praestare oportet. Properanti fauebis

Dabam e Museo, Vitebergae, pridie
Kal. Maii, c15 1000 VIII.

T.

M. IO. ADAMO CALO,
Belgera Miſnico, Philosophicae
Facultatis Adiuncto.

Pon Ye 3659
2°



56

vDn8

vDn7 9m.c.

DFG

17.

ORNATISSIMO
VIRO IVVENI,
ANTHONIO
GUNTHERO
HRINGIO,
W. ANHALT.
OL. CVLTORI,
RGAE SAXONVM,
MINVM CONCVRSV
FACTO,
RALIVM MAGISTRO,
MORE MAIORVM
ENVNCIA^O
, FRATRES
AMICVS.

TEMBERGAE,
SCHVLZII, ACAD. TYPOGR.

